



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 3. An Iudices, & alii Ministri publici teneantur restituere munera
liberaliter à litigantibus donata?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

non esse constituendum, cum tamen adulterium sit delictum iniuriosum, & contra iustitiam. En ejus verba: *Sed sunt puellae, aut maritatae, quae semel, aut bis collabuntur, de his etiam est major apparentia, quod non possint precium recipere, sed teneantur ad restitutionem, &c. Nihilominus & illis quoque liceret, pretium recipere, tenebiturque in foro conscientiae, qui illis promissit, solvere. Et ratio est eadem S. Thomae: nam licet flagitia sint lege vetita, datio tamen non est prohibita, & ideo juri naturali standum est. Quo utique jure, concessio illa corporum aestimabilis est pecunia. Uxores autem in poenam sui criminis prohibentur adquisito pretio: sed tamen ante condemnationem jure naturae illis debetur. *Hactenus Sotus. Ex quibus deducitur, inconsequenter loquutum ubi supra, dum dixit: delicta contra iustitiam jure positivo reddere inhabilem ad adquirendum dominium, alias uxores, ante condemnationem teneantur acceptum restituere: nec eis, semel posita lege (quam supponit M. Sotus) inhabilitante ad domini adquisitionem, jure naturae pretium promissum debetur.

18. Praeterea absque fundamento id asseruit: tum quia Doctores communiter contrarium tenent, ut vidimus: tum quia ipsemet Sotus, in his legibus exponendis, non majorem fidem sibi arrogat, quam in aliis, quas adducit in 4. diff. 41. quest. unica, art. 4. circa hereditatem relictam, seu donationem factam a patre filiis spuris: quas quidem leges reliqui omnes Doctores semper intellexerunt, & receperunt absque ulla limitatione, ut inhabilitantes, & impediētes translationem domini. Ipse tamen Sotus aliter explicat, dicens: non reddere inhabiles filios saecularium, sed Clericorum, & Religiosorum tantum. *D. scrimen est, inquit, inter filios ex adulterio saecularium, & filios Clericorum, quod licet utrique priventur hereditate, non tamen prorsus aequaliter sunt inhabiles ad suscipiendum: & ideo si pater adulter saecularis carens legitima prole relinquat bona sua filio spurio: quamvis fiscus possit adjudicare: nihilominus lex illa poenalis est: & ideo quousque filius condemnatur, potest illa bona absque culpa possidere. *Hac Sotus ubi supra partim sibi contrarius, & retractans, quae indubitate ex legibus Hispaniae tradiderat libr. 4. de iustit. quest. 5. ad 4. nimirum filios spurios, etiam saecularium, esse inhabiles per leges: Ad succedendum jure hereditario in bona paterna, &c. non vero extra testamentum. Ergo pater (inquit) extra testamentum bona sua donans, non facit contra rigorem legis, quia lex poenalis tantum ad id obligat, quod sonat. *Hac Sotus, cujus sententiam erroneam esse dicit Rojas in epitome success. p. 6. num. 144. & 145. Sed ego à censura abstinens licet urgeo: ergo licet in his legibus exponendis Sotus audiendus non est, ita neque in aliis, de quibus supra. Idem quoque ad leges spuriorum; ejus explicationem excusavit M. Petrus de Ledelma in Addit. ad 3. part. quest. 68. art. 2. conclus. 2. prope finem, his verbis: *Sed licet Sotus sequutus fuerit illam sententiam, non mirum est, quod in re, quae pertinebat ad jus Caesareum, & Regium erraret, non consulens Jurisperitos, & jurisplum: In nostro autem casu (et si vice versa) idem fere illi contigit; nam quem leges non reddunt inhabilem ad adquisitionem domini, sua ille expositione reddere tentavit.

19. Unum verò in hac parte certissimum est, tam judicem, quam advocatum, vel testem iniquum teneri rescire parti laesa damnum illatum, nisi clientem ad illud rescipiendum inducat, & persuadeat. Quod melius fieri non posse, existimat Augustinus

ubi supra, quam si suscepro suo diceret: recipere, qui mihi, cum tibi male ad essem, dedisti, & reddere sario tuo, quod me agente, inique abisti.

20. Haec dixisse sufficiat, ad poenam libere optabilem Lefsi fugillantis: & ut lector bavinotat quia scientia, quae prudentia, quae eruditione polleat, quae alienas opiniones censurare tentat.

Q V A E S T I O III.

An Iudices, & alii Ministri publici teneantur restituere munera liberaliter à litigantibus donata?

S. I.

Doctores sententia.

1. **N**egativa sententia invidiam conciliat. M. Joannes Martinez de Prado tom. 2. Theol. Moral. cap. 17. quest. 5. §. 7. ubi P. Molina Cardin. de Lugo, & alii, non levi injuria, impudenter quod docuerint, leges Castellae inhabiles reddere iudices, & alios Ministros ad munera liberaliter oblata recipienda: non tamen teneri semel accepta restituere. Sed valde miror, virum doctum, eruditumque eos non legisse. Uterque enim expressissime negat, leges Castellae inhabiles reddere iudices ad recipienda munera; indeque ab obligatione rescipiendi ante condemnationem eximunt, ut ex dictis constabit.

2. Igitur doctissimus Pater Molina loco à M. Prado citato, nempe tom. 1. de iust. tract. 2. diff. 28. supponit primò, ejusmodi donationes, scilicet etiam leges positivas, quae eas prohibeat, tunc fieri, & acceptas peccato, vel propter scandalum, vel propter periculum perversionis iustitiae, vel quia non habuerint voluntatem ex parte dantis, quorum facta sit de transferendum dominium. Interdum tamen (inquit) juri naturae stando, *posse fieri, & accipi sine peccato, ut quando ex amicitia datur aliquid ministro publico, etiam si amicitia habuerit ortum ex eo, quod sit minister publicus: aut quando ex gratitudine, & gaudio re iuste obtentae, aliquid ex mercedibus, nil vitii ex natura rei conspicio. *Hac Molina.

3. Ex quibus fit: jure naturae, seclusa lege positiva, quae ministros reddat inhabiles adquirendi domini, re ipsa illud adquirere, & consequenter eam sententiam iudicis non teneri, munera liberaliter eis donata restituere: quia collocatio ejusmodi vera donatio, & spectato jure naturae, integram cum q; dominium rei suae sponte in alterum transiit. Unde fit, ejusmodi donationes validas esse, & translativas domini: si altunde non constet, esse involuntarias. Tales autem communiter reputantur, quae a iudicibus, & officialibus non praestitutos, quod ex iustitia tenentur, tradit Thomas Sanchez lib. 3. consilia unico, dub. 2. num. 24. fol. 404. cum M. Soto, Sandoval, & Mercado. Ita etiam, & merito docentur communi Thomae, quos citatos sequitur M. Petrus de Ledelma tom. 2. Sum. tract. 8. de iust. commun. cap. 1. conclus. 11. §. Digo lo quarto, Secus vero de donationibus

bus post finitam litem, tunc enim voluntariae sunt. *Quando despus de acabado el pleito (inquit) y que no se espera, que ha de aver otro, se dà algo liberalmente à los tales oficiales; la tal donacion es voluntaria, y valida, estando en derecho natural, defuerte, que no ay obligacion de restituirla que les dieren. Esto ensenna Orellana, y comunmente los discipulos de Santo Thomas. La razon es, porque en tal caso cessa la razon de ser involuntaria la tal donacion; luego es voluntaria, y por configuente passa el dominio. *Sic M. Ledesma cum reliquis D. Thomae discipulis, quos sequitur Molina ubi supra.

4. Supponit secundò P. Molina, de facto iudices peccare mortaliter, accipientes munera. *Quia propter mala, & damna (inquit) quæ ejusmodi donationes habere solent, adjuncta jure optimo, lege positiva prohibentur: estque in Principe potestas, ut ipso jure nullas eas reddat; (non dixit reddidisse, ut malè intellexit Prado) ita ut in foro conscientiae teneatur accipiens restituere, quæ ita accepit, nulla expectata sententia. *His ita constitutis, controvertitur hæc, inquit P. Molina, utrum quæ accipiuntur, ejusmodi donationibus validis, spectato solo jure naturæ, obnoxia sint restitutioni in foro conscientiae nulla expectata sententia, eo ipso, quod accepta sint contra præscriptum legis humanæ? Hic est difficultatis cardo, in quo partem affirmativam nonnulli tuerentur, quod in ea sint sententia, quod quando lex prohibet acceptionem aliquam, efficit accipientem incapacem rei, quam prohibet accipere, redditque collatorem talis rei inhabilem ad transferendum dominium. Sic à nonnullis traditum refert Molina, advertens multos Doctores, hanc sententiam tribuisse Sorot; & eam amplectari Joannem de Medina Doctorem Complutensem, & M. Bart. de Medina Ordinis Prædicatorum.

5. Ipse verò Doctores citatos impugnatur, & contrariam tuetur ex illo principio apud Theologos satis trito, posse, scilicet, acceptionem esse prohibitam, quin accipiens fiat inhabilis ad dominium adquirendum. Multisquæ suadet, in re præsentia, id contingere. *Mihi, inquit, contraria sententia placet, nempe, quod licet peccent, qui contra præscriptum legum, ejusmodi donationes accipiunt, perjurique sint, si jurejurando ad eas non accipiendum se alitrinxerint, ut in hoc Regno (Lusitania) ministri publici se adstringunt, & iudices omnes, ac Tabelhones in Regno Castellæ, &c. Nihilominus donationes, de quibus loquimur, esse validas, neque confurgere obligationem restituendi ante latam sententiam. Moveor, quoniam ejusmodi donationes, seclufa lege humana, validæ sunt, &c. In primis lex non dubium, C. de legibus, eas validas esse, non impedit, deinde leges Lusitanæ non reddunt invalidas: etenim solum prohibent, ne iudices ejusmodi donationes accipiant, &c. *Et inferius. *Leges etiam Castellæ non plus reddunt invalidas ejusmodi donationes in eo Regno, quam Lusitanæ leges in hoc: etenim l. 5. c. l. 3. nova collectio tit. 9. solum prohibent, ne iudices ejusmodi donationes accipiant sub pœna amissionis officiorum ipso facto, & ut solvant, quod ita acceperint, & duplum fisco regis, &c. Quæ pœna locum non habet ante latam sententiam. *Et infra ad argumentum pro parte contraria adductum, negat prædictas leges efficere accipientem incapacem domini rei, quam per ejusmodi donationes accepit: quia licet in Principe, inquit, sit potestas ad hunc effectum, *necesse est, ut constet, id sua lege intendisse. *Quod in

præsentia non constare contendit. Ex quibus aperte constat de impostura M. Prado.

6. Patris Molinae sententiam ex eodem fundamento defendit Villalobos tom. 2. tract. 18. diff. 5. ubi loquens de his legibus, inquit num. 11. *Bannez, y Pedro de Ledesma dicen, que los presentes, y dadas ay obligacion de restituirlas; porque con esta condicion tacita de que guarden el arancel, les dan el oficio, &c. Mas à esto se responde facilmente, que aqui no ay tal condicion, sino que le dan el oficio, sujeto à las leyes del; pero no por esso le impiden la traslacion del dominio, pues la ley no lo dice. *Et infra: *Estas leyes no irritan lo que se haze, sino que senalan la pena.

7. Pro eadem militare videtur Vazquez opus. de restit. cap. 7. dub. 6. n. 60. ibi: *Unde colligo, ut supra diximus, quod quando aliquis est inhabilis ad recipiendum munera, non potest acceptum retinere. Sed non facile constat, an iudices inhabiles sint ad dona recipienda: in legibus enim solum continetur prohibitio recipiendi, quæ non sufficit. Et in nostro Regno solum circa Secretarios, vidi legem, quæ ipsos inhabiles facit ad recipiendum munera, l. 1. tit. 18. lib. 2. nova Recopil. imò & ad pœnæ solutionem (obligare autem sententiam) quamvis quoad hoc non observetur. *Et expressius l. 2. disp. 16. c. 3. m. 17. ubi sic ait: *In nostro Regno prohibiti sunt aliqui ministri Regis munera accipere, ex quibus eos solum (attende) ad restitutionem obligamus, qui ipsa lege inhabiles efficiuntur, ut recipiant: eos verò, qui solum prohibentur simpliciter absque decreto irritante, non obligamus ad restitutionem. *Et iterum rationem reddens numer. 27. & 22. *Quoties à us alicui certo generi personarum prohibetur, intuitu virtutis Religionis, aut liberalitatis contra avaritiam, vel alterius virtutis, quam justitiæ, actus firmus est, & adquisitum per illum non est obnoxium restitutioni, nisi lex aliud explicet, &c. Hujusmodi existimo esse leges, quæ prohibent, ne Clerici exerceant quædam genera negotiationum, &c. Ejusdem rationis sunt (attende) leges, quæ prohibent, ne ministri Regis accipiant munera gratis oblata à certo quodam genere personarum, &c. *Quod probat, dicens: *Id, quod accipitur contra legem prohibentem hoc modo, non esse acceptum contra justitiam, ac proinde neque contra justitiam retineri. Quod autem non est acceptum contra justitiam, non est obnoxium restitutioni, ut manifestum est. *Sic P. Vazquez.

8. Hanc sententiam ex fundamento Patris Molinae tener etiam cum aliis Diana p. 6. tract. 6. Miscell. resol. 59. in fine, ibi: *Nota hic obiter, iudices, & ministros publicos, accipientes munera sola lege positiva sibi prohibita, non esse obnoxios restitutioni in foro conscientiae, nulla expectata sententia, quando data fuerint ex mera liberalitate, aut ex gratia, & gratitudine. Ita docent Molina tom. 1. disput. 88. & Fagundez loco citato (nempe in Præcep. Decalogi tom. 2. lib. 8. cap. 27. nu. 9. Quidquid in contrarium asserant Sorus, & Sylvester. Quia hæc donationes, seclufa lege humana positiva eas prohibentem, validæ sunt. Sed leges positivæ tam juris communis, quam aliquorum Regnorum, licet illas prohibeant, non illas invalidant, ergo non tenentur iudices illas ante latam sententiam restituere. *Sic Diana. Ubi, ut patet ex ejus verbis, donationes (de quibus supra) jure positivo prohibitas fatetur: atque aded, dum asserit, iudices posse recipere munera eis collata ad allicendum animum ad justam ferendam sententiam, aut ex

mera liberalitate (pro quo 3. p. *era* 6. *Miscell. resol.* 4. adducit Joannem Franciscum Suarez, referentem Molinam, Medinam, & alios) intelligendus est de jure naturali, secluso positivo prohibente. Sicut & Molina, & Lessius loquuntur. Quibus tamen *tract.* 5. *Miscell. resol.* 45. imputat, asseruisse, judicem posse licet recipere munera, si dentur, ut majorem diligentiam adhibeat, quam tenetur: vel ut afficiatur magis ad expediendum intra justitiae limites negotium in favorem dantis. Pater enim Molina, ut supra notavi, expresse asserit, hujusmodi donationes, & acceptiones propter mala, & damna, quae adjuncta habere solent, jure optimo lege positiva prohiberi. *Pater etiam Lessius loco citato à Diana *lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 9. *nu.* 64. solum excusat ab obligatione restituendi, non à peccato, ut advertit Card. de Lugo *tom.* 2. *de iustitia, disp.* 37. *sect.* 11. *num.* 132. & seqq. Quapropter, mala fide, ab Antonino Diana citantur pro opinione illos excusante à peccato, attento etiam jure positivo.

9. Cum Molina, & Vazquez sentit Cardin. de Lugo *supra* *disp.* 37. *sect.* 11. citata. Putat enim, ejusmodi leges prohibentes receptionem munerum, & adjicientes poenam, & obligantes in conscientia ad restitutionem poenae, & ad restituenda munera (etiam si addant ante iudicis condemnationem) non obligare ante declarationem juridicam criminis. Sic cum aliis tradit *num.* 134. & ad argumentum contrariae sententiae, nimirum, quod *donatio illa facta contra legem prohibentem, est nulla, & per consequens non transfert dominium muneris in accipientem. *Respondet *num.* 135. negando antecedens, & exponendo cum Patre Molina *non dubium*, *C. de legibus*, ex qua id deducere conatur adversarii.

10. Haec auctorum loca diligenter congesti, ut ex illis magis innotescat aperta impostura M. Joannis Martinez de Prado, qui, ut supra notavi, absque ullo prorsus fundamento illis impegit, quod docuerint, iudices & alios ministros Regis, per leges, reddi inhabiles ad receptionem munerum, & incapaces dominii, & tamen simul defendant, ad restitutionem non teneri, quod, ut patet ex dictis, prorsus falsum est, quia, ut eorum verba clamant, incapacitatem, seu inhabilitatem ad dominium adquirendum negant, & ex hoc principio probant, non teneri jure positivo restituere ante sententiam iudicis.

11. Doctores alii, quos sequitur Thomas Sanchez *lib.* 3. *confli.* *cap.* unico, *dub.* 1. leges (de quibus supra) exponentes, sic distinguunt. Sunt nonnullae, quae universaliter loquentes, dicunt: Non reciban, no tomen por si, ni por otra persona, &c. Et istae, inquit, tantum prohibent receptionem, & illicitam reddunt. Sunt leges aliae, quae strictius loquuntur, dicentes: No puedan recibir por si, ni por otra persona, &c. Et istae, inquit, reddunt recipientes inhabiles ad recipiendum, & dantes ad transferendum dominium, & ideo inducunt obligationem restituendi acceptum: quia actum reddunt ipso jure nullum, ut docent communiter Theologi, quos Sanchez refert *num.* 26. Haec autem leges sunt *lib.* 56. *tit.* 5. *lib.* 2. *nova Recopil.* ubi dicitur. *Que el Presidente, Oidores, Alcaldes de Audiencias, & de Cortes, Alcaldes de los Hijosdalgo, Notarios, Jueces de Vizcaya, Relatores, Escribanos de Camara, Procuradores fiscales, y otros Escribanos de los dichos juzgados, no puedan recibir por si, ni por interposita persona presentes, ni dadas alguna de qualquier valor que sea, ni cosas de comer, ni beber, de Concejo, ni de Universidad, ni de persona alguna, que tratara, & verisimiliter se espera, que tratara a pleito ante ellos, durante sus officios, ni lo pue-

dan recibir mugeres, ni hijos en poca, ni en mucha cantidad, directè, & indirectè, ni los Letrados, Procuradores de pobres. *Idem decretum tractat *lib.* 9. *nova Recopil.* de Quæstoribus, & Audiensibus, & aliis officialibus, ibi: Ningun Contador mayor, ni menor, ni Oidores, ni oficiales de la Contaduria, no puedan recibir dadas, ni presentes de ninguna persona, que tenga, & se espere, que reciba, que sea cosas de comer y beber, y aunque sean recibidos los negocios. *Reliquæ autem Hispaniae leges, quæ cum hoc rigore non procedunt, licet absolute prohibent iudicibus, & aliis ministris, reusque Praetoribus ordinariis, & Rectoribus civitatum numerum receptionem, dicentes: No reciban, &c. non reddunt, inquit, inhabiles ad recipiendum: sed licet contra prohibitionem recipient, non tenentur restituere. *Huic sententiae (inquit Sanchez) favent Covarruv. Sylvestro, Navarros, Argus, Palacios, Monaldo, Cajetanus, & Medina. Henriquez, & alii viri docti, quos ego consului. Etiam probabilis, & satis colligitur ex Navarra *lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 14. & 15. Unde inferitur, Auditores Regis, & alios iudices non teneri restituere munera, quando ea receperunt ab his, qui modo item non gerunt, nec gessere, nec in proximum creditur gessurum. *Haec tamen Sanchez: quibus duas sententias oppositas supra relatas maritare contendit.

§. II.

Authoris iudicium quoad obligationem restituendi.

12. **N**ihilominus, prædictas leges non continet inhabilitatem ad recipiendum, ideoque iudices, & alios Ministros Regios, nunquam tenent ante iudicis sententiam munera liberaliter ex dono restituere, mihi probabilius est, propter fundamenta Patris Molina, & aliorum, quos supra citavi. Quibus adde Verricelli *tom.* 1. *quest.* moral. *num.* 1. *quest.* 4. *n.* 2. apud quem Paludanus, L. *ymon*, S. *scritus*, Petrus de Navarra, Reginaldus, Navarros, V. ja, Henriquez, Angles, Perez, Fagundes, Diana, & alii. Probatur, quia quilibet, adquiret dominium liberè donatæ, nisi à lege fiat incapax ad acquirendum dominium. Iudices autem, & alii ministri à lege incapaces sunt, ut constat ex Molina. Sanchez Verricelli ubi *supra*, & bene quidem: quod si lex aliqua obliget ad restitutionem rei donatæ, etiam ante sententiam: id intelligendum ante sententiam, quæ ad talem poenam damnetur, non vero ante sententiam declaratoriam criminis, ut de similibus legibus docet Sanchez *in Sum.* *lib.* 2. *cap.* 22. *nu.* 20. Aliud autem est, expresse fieri incapacem dominii reo natæ. *Sed esto (inquit) jure aliquo municipaliter expresse incapax: tamen ejusmodi leges, quæ cum eo rigore fuerint tunc receptæ, atque eo quoad hanc partem censentur abrogatæ, neque obligant in conscientia, ut rectè docet Salo. 2. *quest.* 71. *art.* 4. *in fine*. Lugo de *iust.* *disp.* 37. *n.* 134. Quæ rectè ait, satis id patere ex communi prætensionum iudicium, etiam timoratorum, qui nunquam ex munera restituunt, neque à confessoribus ad id obligantur. *Haec tamen Verricelli. Quæ sunt valde notanda.

13. Quoad Secretarios verò major est difficultas, quia efficiunt juramentum solvendi poenam lege

impositam restituendi quadruplicatum, quod accepit. Ergo ratione istius juramenti tenebuntur. Verba legis sunt lib. 1. tit. 18. lib. 2. nova Recopil. * Mandamos, que ningun Secretario reciba dadiua, ni presente, ni agradecimiento de persona alguna, aunque sea cosa de comer, &c. fopena, que lo tornen con el quatro tanto la primera vez, y por la segunda no usen del oficio, y que juren de asillo guardar, y pagar las penas, en las quales los condenamos desde agora (atende) por manera, que sean obligados in foro conscientie à pagarlas, sin que mas sean condenados en ellas. * Ex quibus duo videntur necessariò inferri, & peccare, si munera recipiant, ratione juramenti, & teneri ad ea restituenda modo dicto, ante sententiam iudicis. Et ita cum pluribus tradit Thomas Sanchez lib. 3. consil. cap. unico, dub. 1. num. 5.

14. Cæterum alii doctissimi, quibus adhæreo, censent, posse retinere donata ulque ad sententiam declaratoriam criminis, quia lex non dicit, teneri restituere: neque ad id ex juramento, neque ad pœnæ solutionem se obligant, nulla expectata sententia, sed solum non expectatà condemnatione, sin que mas condenados à ellas. Ergo ante sententiam declaratoriam criminis, nulla erit obligatio restituendi. Ita Suarez de legibus lib. 5. cap. 7. nu. 8. Rebello, Salas, Angles, Perez, Navarra, &c. alii, quos citatos sequuntur Card. de Lugo de iust. disp. 37. sect. 11. n. 134. & segg. Verricelli tom. 1. tract. 3. quæst. 3. Quibus faciunt, quæ congerit Diana part. 1. tract. 6. resol. 47. & tract. 8. resol. 21. §. Sed ex his oritur pulchrum dubium, & M. Hiacynthus Donatus in praxi resolutoria rerum Regul. tom. 1. p. 2. tract. 5. quæst. 25. Ubi probat, exceptis censuris, nullam pœnam incutiri ante sententiam declaratoriam criminis. Quibus in simili facit P. Thomas Sanchez lib. 4. de Matr. disp. 9. n. 2. ubi sibi obiciens legem quandam sic respondet. * Lex ultima sine tit. 14. p. 5. dicens raptum accipere aliquem ne accuset, subdit. Por ende dezimos, que debe tornar lo que aus recibid, sed dic esse pœnalem, quare solum subsequitur sententia teneri recipientem restituere. * Sic Sanchez de extorquente pecuniam, ne alterum, quem iuste poterat accuset, qui legibus restituere obligatur, sic & nos cum aliis de Secretariis, qui lege ad quadruplum restituendum adstringuntur.

S. III.

Quid quoad culpam?

15. AN vero sint aliqui casus, in quibus non solum ab obligatione restituendi, sed etiam à peccato excusentur iudices munera liberaliter donata recipientes? Respondet affirmativè Verricelli supra q. 2. à nu. 6. ubi plures auctores recenset. Quibus adhærens excusat à peccato iudices munera recipientes in sequentibus casibus. Primo, quando extraordinarium laborem, ad quem non tenebatur præstitisset. Secundo, quando reciperet non ratione officii, seu tanquam iudex, sed ex amicitia, quamvis amicitia ex officio oriretur, ut ait Molina supra à nu. 6. Tertiò quando donans ex dignitate suæ personæ merito conquereretur, tanquam de injuria libi facta, si donum recusaretur. Vel quando post sententiam, nulla tamen prævia promissione, ex gaudio, & gratitudine rei iuste obtenta, liberè donaretur. Quartò quando recipit esculenta, & poculenta, quæ grandia non sunt, id est, quæ paucis diebus consumi possunt, aut quæ, attenta qualitate dantis, & recipientis, non

reputantur magna. Quintò, si humane leges, sive communes, sive municipales, receptionem munerum prohibentes, per contrariam consuetudinem sint abrogatæ, vel non sint usu receptæ à populo. Ut autem tanquam usu non receptæ non obligent, non requiruntur decem anni, sed sufficit (ait Verricelli) quod populus pluribus actibus legem non servet, ut duobus, vel tribus actibus, quamvis lex paulò antea publicata fuerit, scienter tamen, & tolerante Principe.

16. Ex quibus deducit, & meritò, ut in nostro casu lex prohibens munera dicatur non recepta, sufficere, quod major pars litigantium liberè offerat munera, & iudices palam recipiant, neque pubantur. Nec obstat, quod officiales jurent, servare pragmaticam Regni. Juramentum enim intelligitur de usu receptis, seu quatenus sunt usu receptæ, non autem de aliis. Deniq; excusaretur iudex munera recipientes, quando constaret, salarium, vel pretium à lege taxatum non esse iustum. In his igitur casibus (ait Verricelli supra cum aliis, quos citat) nec ratione legis positivæ prohibentis, nec ratione juramenti, peccare iudices munera liberè donata recipientes quia juramentum est accessorium, & idè sequitur principale. Unde quoties lex ex aliquo capite obligare definit, cessat etiam juramenti obligatio, ut docent communiter Doctores apud Dianam 2. p. tract. 3. Miscell. resol. 6. & apud Sanchez in Sum. lib. 3. cap. 14. nu. 8. Verum nonnulli ex his casibus expresse prohibentur in legibus supra citatis novæ recopilationis. Unde si contraria consuetudine abrogatæ sint, vel aliunde non obligent, vim suam modo retinere, dubitandum non est.

S. IV.

Duplex obligationis effugium.

17. Rationes dubitandi proponam, ut alii iudicium ferant. Prima sit: leges istas fundari in præsumptione corruptionis, ut sentit P. Vazquez opus. de restit. cap. 7. dub. 4. n. 29. ibi: * Cum leges prohibeant, munera dari iudicibus, ne muneribus corrupti, iustitiæ obliviscantur, & dub. 6. n. 39. dicens: * Aliis ministris prohibetur recipere munera ab his, qui negocia habent apud ipsos, vel speratur habituros, (atende) ne vel modò, vel in futurum corrumpantur, quia alii ministri corrupti possunt, ut inique officium exequantur, Advocatis prohibetur, ne recipiant à litigantibus munera in fraudem stipendii, non quia in illis timeatur corruptio, &c. * Ergo cessante præsumptione corruptionis, vel fraudis, poterunt liberaliter donata recipere. Idè ita sentit Menochius consil. 342. nu. 38. & in comment. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8. dum tradit, iudices post latam sententiam, posse recipere munera gratis oblata: * Quia recipiendo (inquirit) munera post latam sententiam, cessat suspicio, & causa corruptionis. * Leges autem in præsumptione fundatas non obligare, si in aliquo casu præsumptio deficiat, tenent Sylvester, Sotus, Ricardus, Adrianus, Castro, Navarro, Covarruv. Baldo, Panormitano, Felinus, Decius, & alii apud Suarez lib. 3. de legibus cap. 23. num. 1. Quibus adde Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 37. num. 9. Salas de legibus disputat. 10. scilicet. 4. Item Valerum, Rodriguez, Homobonum, Loricam, Vazquez, Valentiam, Montefinum, M. Arauxo, & plures, quos citatos sequuntur Thomas Hurtado tom. 1. resol. moral. tractat. 4. cap. 8. resol. 57. num. 713. & Diana

Diana 1. p. tract. 10. de legibus, resol. 27. unde Molina disp. 88. citat. num. 12. licet peccatum mortale ratione jurisjurandi semper intervenire existimet. * Si tamen (inquit) iurandum secludat, quando peccatum lethale esset, aut veniale, expendendum esset ex periculo perversionis iustitiae, aut scandali, quod inde immineret, &c. * Quibus faciunt Doctores, qui explicantes clausulam illam gratis ubique in dispensationibus apponi solitam, qua prohibentur ministri munera recipere, asserunt illa solum prohiberi, quae animam iudicis corrumpent. Ita Gutierrez de Matrim. cap. 181. num. 2. Homobonus, & alii, quos citatos sequitur Diana part. 4. tract. 4. resol. 84. Cujus ratio alia esse nequit, nisi quia in aliis muneribus cessat legis praesumptio. Ergo in nostro casu quoties haec cessaverit, prohibitio non subsistit.

18. Secunda ratio est, quia plures Doctores asserunt, cessante fine legis in particulari, legem cessare. Ita Scaccia tract. de commercio. §. 1. quest. 1. nu. 511. Navar. in Rubrica de iudiciis, nu. 74. Mexia de taxa panis, con. 2. a. n. 29. usque ad 36. Henriquez lib. 1. cap. 17. nu. 2. & lib. 2. Comitolius lib. 7. respons. q. 1. n. 10. Soula Clement. VIII. de largit. muner. fundam. 3. Mezala 2.2. lib. 2. cap. 7. q. 22. n. 55. Grandos 1.2. contror. tract. 3. p. 1. disp. 15. sect. 2. quos citat, & sequitur Diana p. 1. tract. 10. resol. 28. Quibus adde iterum ipsum Dianam p. 7. tract. 10. resol. 33. Carumel in Regul. S. Benedicti, disp. 5. n. 50. Machado tom. 1. Sum. lib. 3. p. 4. docum. 4. n. 2. Portel in Respons. Moral. p. 4. casu 21. n. 8. & probat ex optimo textu cap. cum cessante de Appellat. Finem autem harum legum esse, vitare corruptionem iudicium, tenet ultra citatos Thomas Sanchez in consil. lib. 3. cap. unico, dub. 1. nu. 20. ubi cum aliis docet, non esse condemnandos iudices, qui a consanguineis sine fraude munera recipiunt. * Quia in hoc casu, inquit, cessat finis legis. * Ergo quando ex circumstantiis periculum corruptionis, & pervertionis iustitiae non subsistit, citum erit iudicibus, & aliis ministris iustitiae, recipere munera liberaliter donata.

19. Ex alio etiam capite posset aliquis praedictam legem vim infringere, nimirum, quod leges poenales etiam mortae, quae aliquid prohibent, poenam imponentes transgressoribus, non obligant in conscientia secundum Navarrum, Gomez, Joannem Andream, Matthaeum Meteslem, Scevolam, Decium, & alios, apud Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 2. dub. 22. n. 6. & probabiliter putant Fillucius, & Azor, & cum Valentia, Diana omnes citans tract. 10. de legibus, resol. 20. Leges autem istas esse poenales, tradunt Molina tom. 1. tract. 2. disp. 88. S. Leges Castelle in medio, ubi sic: * Quod etiam dicunt aliqui ex Doctoribus, cum quibus disputamus, leges videlicet illas non esse poenales, solum profecto est, ut ex forma earum est manifestum. * Et absolute leges prohibentes munera, esse poenales, docent Gramm Boerius, Clarus, Amodaeus de Castilio, & alii, quos citatos sequitur Menochius tom. de arbit. consil. 342. Ergo vel probabile esse debet, non obligare in conscientia sub peccato lethali, aut ostendendum aliquam saltem ex praemissis, ex quibus per bonam consequentiam id deducitur, claudicare.

20. Ideo hanc sententiam expressè ex hoc fundamento defendit novissimè Fr. Leander à Murcia Capuccinus in Disquisit. Moral. in 1.2. D. Thomae lib. 2. disp. 5. resol. 24. num. 16. & sequentibus lib. 1. * Sed quæres, an iudices recipientes munera peccent, & teneantur ad restitutionem? In hac questione dictos iudices (& idem asserunt de alius iustitiae ministris) peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem, docent Sotus, Sylvester, Navarra, Thomas Sanchez, & multi alii. Contrariam tamen sententiam quoad peccatum docent

omnes, qui tenent, leges poenales non obligare in conscientia, sed solum ad poenam post iudicium. Probabilem putant Valentia, Azor, Fillucius, quos citatos sequitur Diana 1. p. tract. 10. de legibus, resol. 17. Et licet aliqui contendant, praedictas leges esse conventuales propter iuramentum, & poenales, & ideo stando in opinione Navarra, & aliorum supra adductorum, non peccabunt iudices, nec etiam ratione iuramenti, quia iuramentum obligat naturam actus, solumque ad id obligat ex virtute Religionis, ergo si actus ex tenore percaminosus, iuramentum illud peccatum non reddit. Quoad restitutionem vero non tenent sententiam iudicis, tenent Covarr. Synthes. Azor, Navarra, quos omnes citatos refert Thomas Sanchez tom. 1. consil. lib. 3. cap. unico, dub. 1. nu. 21. p. 29. qui tenent, praedictam sententiam esse sic probabiliter ex Navarra citato. Quia licet praedictae leges prohibeant actum dandi subditis, & recipiendi iudicibus, non tamen illum annullant. Ergo cum haec in iure naturali, & seculi prohibitiōe iuramentum illud donationis, & acceptationis sint validae, & sententiam iudicis non teneant ad restitutionem praedicti iudices, &c. Et novissime hanc sententiam tradit Fagundes, quem citat, & sequitur Diana tract. 6. resol. 59. & utraque haec opinio est probabilis. * Haecenus Leander, vir quidem doctus, & pius, & pius, cuius opinio iudicibus, & aliis ministris ingratum non erit. Verum doctrinam illam Sanchez, & Doctores, quos noster supra adduxit, probabiliter refert, quia non loquuntur, quando leguntur his verbis: Ne pudes recibir. Sed quando: No recibas. ut videlicet apud Sanchez locis à Leander citatis. Unde non eorum auctoritate, sed alius probabilis huius sententiae ex superioribus deducenda est.

21. Dices, praefatum excusationis caput ultimo loco à nobis adductum, valde infirmum esse, quia leges poenales saltem mixtas, quae aliquid prohibent, poenam transgressoribus imponunt, quales sunt quae iudicibus, & aliis ministris munera liberaliter donata recipere, vetant non obligare in conscientia, est improbabile, & acriori censura dignum. Mag. Sotum lib. 1. de iust. quest. 6. artic. 5. ubi tenet vulgi appellari: * Sed quia vulgus (inquit) nullo quo colore alit, legem, quae obligat ad poenam, non obligare ad culpam, necesse est, errorem hunc eludere. * Quem imitatur M. Texedat tom. 1. lib. 1. tract. 16. ubi asserunt Soti laudar, & contrariam sententiam non esse probabilem dicit.

22. Sed uterque fallitur. Id, quod testimonio nonnulli exceptionem maioris comprobo; Illud, à Reverendis. M. Tapia Archiep. Hispalens. sancti tui, olim primarii Theologiae professoris in Universitate Complut. Ille igitur in sua doctissima Causa Moral. lib. 4. de legibus, quest. 10. art. 4. num. 1. & 2. ait: * Modo inquirimus, an de facto omnes leges tam civiles, quam Canonice imponentes poenam temporales, obligent ad solam poenam, an etiam quando ad culpam mortalem, aut venialem poenitentiam, aut levitate materiae praecipit? In hac re valde notanda sententia Martini Navarra in Moral. cap. 23. num. 55. omnes huiusmodi leges poenales imponentes, etiam praecipivas, obligare ad solam poenam temporalem impositam per ipsas, non ad poenam aeternam, neque ad culpam. Hanc sententiam docent

pridus Iassonem, & Ludovicum Gomez, testatur Suarez, eamque probabilem censet Valentia : & Azor ait, non esse omnino condemnandum, qui eam sequutus fuerit: & Diana probabilem etiam censet. Itaque omnes hi iudicant, probabile esse in praxi, non solum leges pure penales, verum etiam penales mixtas ex præcepto, & pœna, quæ jubent, vel prohibent, hoc, aut illud fieri, imponentes pœnam transgressoribus, non obligare ad culpam, sed ad solam pœnam, nisi certo constet, velle legislatorem obligare ad culpam. Fundamenta hujus sententiæ sunt, &c. Propter tantorum Doctorum auctoritatem, & totiationum robur, hanc novam sententiam censet valde probabilem in praxi Villalobos, & ego etiam non possum non fateri esse probabilem, & in praxi securam, donec Sedes Apostolica verum definiat, aut declaret. Huic enim opinioni non desunt principia practicae probabilitatis, ut constat ex numero præcedenti. * Hæc M. Tapia de legibus penales mixtis, licet contrariam sententiam merito probabiliorē iudicet, qualem ego etiam reputo: contendo tamen, hanc esse probabilem, ideo quod nec cause meæ supra verum favere videar, fidem alienam Thomistis non suspectam interpellavi, & aliorum subjungam.

23. Nec dissentit M. Corradus l. p. q. 180. Nec M. Serra l. 2. tom. 2. quæst. 99. art. 4. dub. 2. fol. mibi 439. ubi sic scribit: * De lege, quæ præcipitur aliquid sub pœna excommunicationis majoris non latæ, sed terendæ sententiæ, quidam ad mortale obligare affirmant. Alii negant. Mihi satis probabile videtur, quod Cajetanus in Sum. verb. Præcepti transgressor, dicit: Transgressor præcepti sub comminata pœna non peccat mortaliter, &c. quousque monitus perseveret, tunc enim utpote excommunicatione dignus, peccat mortaliter, &c. Hanc sententiam tenent alii discipuli D. Thomæ recentiores. * Sic ille, ex quibus validum conficitur argumentum. Nam si lex Canonica præceptiva, quando pœna spiritalis, licet gravis, est tantum comminata, non obligat sub lethali, cur obligabit civilis: quandoquidem omnes pœnæ temporales sunt comminatae, & nulla est, quæ ipso facto ante sententiam saltem declaratoriam criminis incuratur?

24. Hanc sententiam multis, validisque rationibus probat Navarrus cap. 23. num. 55. Quibus motus Villalobos ubi supra tom. 1. tractat. 2. dub. 22. num. 2. concludit: * Confesso, quæ estas rationes me parecen muy fuertes, y esta sententia muy probable; y porque favorece a las animas, y la tienen tantos hombres doctos, se puede muy bien seguir en practica. * Eandem expressè tenet ex eodem ordine Fr. Ludovicus de Miranda in Manual. Prælator. tom. 2. quæst. 25. artic. 18. conclus. 2. fol. mibi 259. * Nam Reges (inquit) & Principes sæculares numquam expresserunt aut interpretati sunt in suis legibus, maxime penales, mentem, aut intentionem suam esse, aut fuisse, obligare per ipsas sibi subditos ad culpam, nec consuetudo ipsa id unquam fuit interpretata, nisi simul cum eis, seu aliqua ipsarum esset aliqua lex divina, naturalis aut Evangelica, aut constitutio Canonica, ex qua id ipsum colligeretur. * Hæc ille.

25. Quibus consonat Thomas Hurtado tom. 2. Resol. Moral. tractat. 8. cap. 1. resolut. 9. num. 183. dicens: His adijunge, valde probabile esse, & tutum in praxi, quod lex penalis pura, aut mixta non obligat, nisi expressè id declaret legislator. Sic tenent Villalobos citans Navarrum, &c. Quibus ad-

junge Angelum, & Tabienam verb. Pedagogum. Valentiam, & Salas disputat. 10. de legibus, sect. 9. num. 7. & disputat. 15. sect. 1. num. 17. & seqq. * Sic Hurtado.

26. Idem cum aliis sentit Antoninus Diana r. part. tract. 10. de legibus, resolut. 20. ibi: * Dicendum est igitur, esse opinionem probabilem illam, quæ asserit, omnem legem penalem, sive puram, sive mixtam non obligare in conscientia. * Pro qua resolut. 18. refert Nicodemum de Florentia, & eam tenet Ludovicus Bexa l. respons. casu 13. & esse valde probabilem, si pœna non est gravis, dicit Salon 2. 2. quæst. 77. art. 1. contrav. 7. conclus. 8. §. Hæc opinio.

27. Stat etiam pro hac opinione doctus Machado tom. 1. lib. 3. p. 4. tract. 3. docum. 7. Ubicitanus Covarruv. Menchacam, Reginaldum, & alios, inquit: * Navarro, y otros muchos Theologos, y Juristas defenden abolutamente, que las leyes penales, como quiera que sean, en ninguna manera obligan en conciencia a pecado, sino solamente a la pena, que en ellas dispone el legislador, sino expresse lo contrario, &c. Y assi dize Navarro, que lo tiene interpretado la costumbre, y recibido con noticia de los legisladores, y segun principio de derecho, consuetudo est optima legum interpret. Et tom. 2. lib. 6. p. 2. tr. 1. docum. 8. num. 4. ait: * Los Doctores defenden mas comunmente, que las leyes penales no obligan en conciencia, ni a mas que la pena, y esta despues de la sententia declaratoria. * Eiusdem opinionis est Philippus de la Cruz in Pract. de decimis, §. 2. num. 5. fol. 41. ubi sic: * Tengo por cierto, que ninguna ley penal, su quebrantamiento obliga a culpa, sino a sus penas, y ello quando se las aplican, en que vienen Castro, Cayetano, y Navarro, &c. Yaunque ay hombres doctos, que lleven la opinion contraria, pero yo no assiento a ello. * Pro hac sententia stant ex antiquis plures apud Henriquez de Pontificis Romanæ clave lib. 4. cap. 7. num. 2. in Gloss. lit. L. & R. Et post omnes hanc sententiam tenuit Antonius de Escobar in Theolog. Moral. tom. 1. lib. 5. sect. 2. cap. 7. problem. 26. pag. 164. Cujus rationem ex aliis communiter reddit: quia legislator, qui ad pœnam temporalem, & æternam potest obligare, si solius meminit temporalis, non videtur intendisse obligare ad æternam. Imò & quando pœnæ spiritalis, & temporalis mentionem facit, ad solam temporalem obligare intendere, docent non pauci apud Henriquez supra.

S. V.

Verasententia.

28. Contrariam nihilominus tenendam censeo: Hac proinde Iudices, & Ministros Regios recipientes munera liberaliter donata graviter peccare, quoties præsumptio, aut finis legis non cessaverit: nec excusari posse ex eo, quod leges prohibentes, sint penales, Ratio est, quam attigit P. Vazquez l. 2. disp. 159. cap. 2. num. 10. quia legislator humanus potestatem habet obligandi in foro conscientie, ut contra Hæreticos pluribus sacre Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum PP. testimoniis evincit disp. 152. cap. 2. Et naturæ lumine edocemur, contra rationem esse, parentibus, & superioribus in licitis, & honestis non obedire. Ergo si lex sub forma præcepti tradita sit per verba præcipiendi, vel æquipollentia: nil ob stare potest pœna imposita, quominus vim præcepti habeat: siquidem legisla-

Xx

tor

tor utrumque simul facere potest, nempe præcipere, & penam imponere: ergo sicut in conscientia ligat, quando verbis tantum præceptivis utitur: ita & quando penam superaddit, quia hæc non infert defectum intentionis obligandi, sed legislatorem ardentius intendere legis adimpletionem. Ideo hanc sententiam tenent Becanus in *Sum. Theolog. par. 2. tr. 3. cap. 7. q. 2. n. 4.* Granado 1. 2. *controv. 7. tract. 3. part. 1. disp. 4. sect. 2. num. 7.* Thomas Sanchez in *Sum. tom. 2. lib. 6. cap. 4. n. 60.* Et communem, & veram esse, inquit Vazquez *suprà disp. 159. cap. 2.*

29. Non melaret, non nullos Catholicos asseruisse, nullam legem humanam, seculis contemptu, & scandalo, obligare sub lethali: quorum auctoritate ad suam tuendam sententiam, Navarrus se protexit ubi *suprà cap. 23. num. 55.* dicens: * Porque muchos Catholicos han sentido, que ningunas leyes, aunque no tengan penas temporales, en quanto son humanas, obligan a mortal al que las quebranta, sin menoscupio, y escandalo. * Pro quo in margine citat Immolam, Felinum, & Cajetanum, & tenent apud Camruiel in *Apologem. Epist. 4. num. 273. & 74.* Mortuus Cromerus, Joannes Ferro, & Servatius de Lairvelz, asserentes, legem Ecclesiasticam non obligare ad mortale, nisi expressè in ea asseratur, fractionem esse mortalem. Quod tenuit etiam Collectarius, ut refert Angelus verb. *Inobedientia.* Quibus consentit Philippus de la Cruz in *Practica de decimis. §. 2. num. 5. fol. 41.* quando lex Ecclesiastica poenam temporalem imponit. Et de legibus potestatis secularis loquens, etiam si nullam poenam imponant, tradit ipse Philippus de la Cruz ibidem, & sequuntur Joannes Valeus in *Differentiis utriusque fori, verb. Ignorantia, different. 2.* Tapia in *jure Regni Neapolitani, lib. 1. titulo de legibus. §. Observentur, num. 18.* Quibus adde Almamum de *Potest. Ecclesiast. quest. 1. cap. 10.* & alios, quibus non parum favet Machado, dum eorum opinionem non relinquit in *lib. 3. part. 4. tract. 3. docum. 6. fol. 544.* ubi ait: * Gerson, Cayetano, y otros defenden, que las leyes civiles no obligan por sí a pecado, ni tienen fuerza en el fuero interior, si no es quando declaran alguna ley divina; porque las leyes civiles, y humanas (atende) no pueden obligar a pecado, ni culpa en el fuero interior. Ni parece possible, que el legislador humano tenga potestad para poner por pona de su ley a los transgressores della la eterna del infierno. * Hæc Machado. Quibus assentitur Menchaca 1. *controv. cap. 29.* dicens: * Principes seculares, nec velle, nec posse suis legibus, & præceptis obligare ad poenam æternam, seu ad culpam mortalem. *

30. Et quod miror, ex recentioribus, hanc sententiam negantem Principibus potestatem obligandi in foro conscientie tenet Fr. Philippus de la Cruz ubi *suprà*, ubi ait: * Y aunque es verdad, que ay hombres doctos, que llevan la opinion contraria, queriendo dar potencia al seglar para que assi obligue, yo no assiento a ello. * Et infra: * Las leyes de los Principes no obligan a culpa, y esta potestad hasta agora no se la ha dado la Iglesia, ni se la visto, que quando hazen las tales leyes, digan, mandamos esto pena de obediencia, o de pecado mortal, &c. Luego conocen no tener facultad para ello, y assi se estienden a la que tienen. * Hæc ille.

31. Verum Catholica doctrina tenet oppositum, & non solum Pontifici, sed etiam Principibus, & Regibus secularibus esse potestatem ferendi leges, quæ conscientias subditorum ligent. Sic P. Vazquez ubi *suprà disp. 152. cap. 2.* dicens: * Hanc

veritatem luculenter tractant adversus Hæreticos Alphonfus de Castro, Driedo, Turcotteanus, Irianus, Dominicus de Soto, & alii, &c. Etiam de Catholica hæc potestas secularis (leges condendi) asserenda est, sicut etiam Ecclesiastica. * Etiam esse certum, secundum fidem, tradit M. Tapia in *tena Morali, lib. 4. quest. 8. ar. 1.* Quod probat Vazquez ex illo ad Romanos 13. * Omnis anima potestibus sublimioribus subdita est, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistit, ipse suam salutem adquirent. * Et paulo post: * Ideo nec faciamus ei eorum, non solum propter iram (id est, propter timorem poenæ) sed propter conscientiam. * Et contra planè colligitur, in Principibus secularibus esse potestatem precipiendi, & leges ferendales existeret, non esset resistere Deo, ejusque ordinationi nec eis parere, & obedire necesse esset propter conscientiam. Est ergo certum secundum fidem, prætam potestatem habere. Quapropter P. Soto in *legibus disput. 15. sect. 1. num. 7.* sic jure scriptis: * In superioribus patet, erroneum, auctore hæretico esse, dicere, leges civiles non obligare, nec obligare in conscientia. * Cui adhæret Mag. Teda *rom. 1. controv. Theolog. Moral. lib. 1. tract. 2. controves. 14.* dicens: hanc conclusionem debemus esse in Concilio Constantiensis contra Joannem Wiclef: & in Bulla Leonis X. contra Lutherum etiam Allegat etiam Sotus pro hac Catholica doctrina concetum Concilii Viennensis, quod refertur in *ment. Ad nostram de Hereticis*: In his vero locis definiti aperte potestatem civilem, leges condendi, penes Principes seculares esse, dicit Vazquez *disp. 152. citata cap. 2. ex Scriptura tamen, & Ecclesiæ ratione non minus aperte probari.* Et *disp. 119.* argumenta Navarii diluens, quibus intendit probare legem poenalem mixtam de facto non obligare conscientia, respondet: * Ad primum dictum, infra allegari a Navarro in confirmationem sue sententiæ Authores, qui docent, nullam humanam legem conscientias obligare ad mortale: horum enim opinio non multum distat ab errore Lutheri. * Vbi illos *suprà num. 29.*

32. Quamvis autem his censuris notari non debeat opinio tot Doctoribus superius munita, qui supponens potestatem precipiendi, negat innotem obligandi in conscientia, quando legislator poenam temporalem transgressoribus legimponit: nihilominus, quia expolitio ejus voluntatis violentiam præfert, quandoquidem exagimponit poenam non defectus intentionis obligandi, sed desiderium inferri debere: deo asserendum est, legem humanam obligationem inducere gravem aut levem juxta materiam capacitatem, quæque verba precipiendi tradita fuerint.

33. Jam quæ verba legis vim præcepti continent: Consulatur Diana 4. *part. tract. 4. resolut. 10.* apud quem de verbis modi imperativi negat Cajetanum, & alii, quibus ego adhæreo non autem quam Summus Pontifex Alexander VII. die Martii anno 1665. ut scandalum damnavit vana opinionem asserentem, verba illa Concilii Tridentini *sess. 13. cap. 7.* quam primum confitetur non continere præceptum. Videatur etiam Diana *p. 10. tract. 15. resolut. 45.* ubi refert alios asserentes cum Cyrenæo, in legibus civilibus non tradi præceptum, quando legislator utitur, his verbis: *Præcipio, mando, jubeo.* In Canonis etiam hæc verba, *decernimus, statuimus, volumus, intendimus, mandamus*, nisi aliud adde-

tur, non continere obligationem gravem, ait Azor libro 5. cap. 6. colum. 80. locus verbum præcipio, jubeo, impero. Tale etiam est verbum prohibeo, inibeo, interdico, vero: quamvis Cajetanus apud Azor, de his etiam verbis dubitet. Unum verò advertam cum Mag. Tapia in Catenâ lib. 4. quæst. 9. art. 2. num. 9. quod in omnibus verbis ambiguis, clarè non constat sensus eorum, minor interpretatio est adhibenda. * Vide etiam Mag. Texeda supra controvers. 13. dub. 2. fol. 92.

QVÆSTIO IV.

An qui paulatim modica usurpans, ad notabilem quantitatem pervenit, mortaliter delinquat, & ad restitutionem, sub lethali, tenetur?

§. I.

Quid de gravitate culpe?

1. **Q**Uoad primam controversiæ partem certum est apud Doctores, si furtum, quo materia gravis completur, fiat cum ignorantia, vel inadvertentia furtorum precedentium, non esse peccatum mortale: quia tale furtum per se est materia levis, & in voluntate operantis nullam cum precedentibus unionem habet, ac proinde non est, unde notabilem gravitatem desumat. Solum ergo est difficultas, quando usurpans recordatur precedentium furtorum, an illud ultimum, quo materia gravis conficitur, gravem malitiam contineat? Prima sententia asserit, tale furtum non esse mortale. Ita Navarrus in Manuali cap. 17. num. 140. Toletus lib. 5. cap. 16. num. 4. Verardus in Sum. Corona, p. 1. cap. 1. num. 28. Vega lib. 14. in Concilium Tridentin. cap. 11. in fine Graffius, Carbon, Lessius, & alii, quos refert Dicastillo tom. 1. de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 3. nu. 50. & probabilem putant Filiucius, Rodriguez, Salas, & alii, quibus subscripsit Diana 1. p. tract. de Paupertate Religiosa, resol. 34. Quorum ratio est, quia præsens voluntas solum terminatur ad levem materiam præsentem, nec ipsa infert notabile damnum, sed partem, ex qua, & ex precedentibus coalescit: ergo ex memoria precedentium non potest malitiam gravem fortis memoria eam non mutat objectum voluntatis præsentis.

2. Ex Doctoribus hujus sententiæ nonnulli inferunt, eum, qui per minutæ furta, absque peccato mortali, ad quantitatem gravem pervenit, non teneri sub lethali restituere, quia obligatio restituendi de qua loquimur, sequitur culpā, ergo obligatio gravis culpā gravē, & levis levē, ergo nullus tenetur sub mortali restituere, quæ solum venialiter peccando, furatus fuit. Ita expressè tenet Navarrus lib. 3. Consilior. in 1. edit. tit. de Regul. conf. 75. num. 27. in 2. tit. de statu Monachor. conf. 3. num. 27. in ratione secunda, & Berardus in Sum. Corona, p. 1. cap. 1. num. 28. Ubi sic ait: Si actus furandi procedunt à voluntate intereisa, hoc est, dum homo furatur illud parum, non intendit furari majus, nec alio tempore, &

postea de novo subvenit alia occasio furandi similiter, tunc quantumcumque referret hujusmodi furta, sic conditionata, semper est veniale, nec tenetur de necessitate salutis restituere illa. Quia sicut multa peccata venialia, nunquam possunt facere unum mortale, quantumcumque simul sumpta: ita hujusmodi parva furta, voluntate intereisa, cum unum sint, quantumcumque simul sumantur, & aliqua quantitate considerentur, nunquam facient unum furtum notabile mortale, & consequenter non parient obligationem; quia semper remanent in sua natura, hoc est, sunt venialia ratione parvæ quantitatis, sive furtum fiat semper eisdem, sive diversis. Quibus favet P. Salm. Sum. verb. Furtum, num. 8. Ubi ait: quosdam probabiliter existimare, non teneri sub mortali restituere, qui ab eodem minima furatur, et si pervenit ad magnam quantitatem. Et Diana ubi supra nu. 34. ubi hanc sententiam referens, non improbat, quin iudicet ei adherere videretur; & loquens de Religiosis furantibus res Monasterii, illam docet Fernandez in Exam. Theolog. Moral. p. 1. cap. 6. §. 2. n. 12.

3. Ceterum hæc sententia, cujuscumque sit, improbabili est, & à veritate prorsus aliena, ut bene ait Thomas Sanchez lib. 7. Sum. cap. 21. num. 3. quia velle retinere furtum notabilis quantitatis, est manifestum lethale peccatum; sicut velle, illud committere; quia inesse moris, retentio nil aliud est, quam acceptio continuata. Nec fundamentum partis contrariæ ullius ponderis est; nam si quis, absque ulla sui culpa, rem alienam magni momenti usurpasset, & modo retineret, veritatis certior, sub lethali, teneretur vero domino restituere: ergo à fortiori, quando culpabiliter, et si venialiter tantum, accepit. Quapropter jure Navarr. sententiam superius traditam retractavit in Sum. cap. 17. num. 140.

4. Ideo alii præfatam sententiam temperant, asserentes, tunc illam quantitatem usurpata esse sub peccato mortali restituendam, quando extaret, aut ex illa furditior factus fuisset. Secus aliter: quia nec tenetur ratione rei acceptæ, cum nullo modo extet, nec ratione injustæ acceptionis, cum gravis culpa non interveniat. Sic Diana ubi supra, pro se referens M. Lorcam, & Granado; hunc 1. 2. controvers. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 5. num. 49. & illum 1. 2. tom. 2. disp. 60. Ceterum mala fide Patrem Granado pro hac opinione adducit: Ille enim expressè loquitur, quando qui furatur ultimum obolum, non advertit illo modo, tunc impleri numerum, qui constituat magnam quantitatem, & tunc non excusat ab obligatione restituendi, sed solum dicit non esse certam: verba ejus sunt: Si autem illam quantitatem consumpsisset, & ex illa non fuisset factus ditior, non est certum teneri sub mortali restituere; nam Henriquez lib. de regul. cap. 3. §. 1. litt. K. satis probabiliter cum multis, quos asserit, existimat, in foro conscientie non esse obligationem gravem restituendi pecuniam, ubi culpa mortalis non adest. Vide Ledesnam 2. p. 4. quæst. 18. art. 6. ad finem, §. Sed dubitas, & Sorus lib. 4. de iust. quæst. 7. art. 2. ante solutionem argumentorum, §. Dubium autem est. * P. vero Henriquez, Ledesma, & Sorus, licet & plures alii, quos sequitur, loco supra citato à P. Granado, non loquuntur de obligatione restituendi gravem quantitatem minutis furtis subreptam; sed de obligatione restitutionis ex damno aliquo gravi unica actione illato, absque culpa gravi inferentis. Cujus longè alia est ratio, ut ex dicendis constabit, quia plena libertas hi defectit, secus hic.